

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Festing Christophorus Röseler

Rectoris Academiae Rostochiensis Johannis Festingii, Disputatio Circularis De Motivis Studiorum, Cupidine Lucri & Honoris. Respondente Christophoro Roselero, Wismariensi, P. P. A. MDCXC. d. XX. Sept. in Auditor. Mai.

[S.I.], 1690

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746332874>

Druck Freier  Zugang





T. 585. b.

~~V. 1161.~~



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn746332874/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746332874/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn746332874/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746332874/phys_0004)

DFG

RECTORIS
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS
JOHANNIS FESTINGI
DISPUTATIO CIRCULARIS
De
MOTIVIS STUDIORUM
CUPIDINELUCRI & HONORIS.

RESPONDENTE
CHRISTOPHORO ROSELERO, Wismariensi,
P.P.A.MDCXC. d.XX. Sept. in Auditor. Maj.



Est officium hominis, vitæ suæ posse rationem reddere, quandoquidem nihil est hæc vita nostra, nisi ita datam esse existimemus, ut aliquando erupta nobis non omnem nostram memoriam eripuisse videatur neve etiam cum notâ eandem refriceret. Posuerunt boni mores eam unicuique legem, ut debeat certum meditari finē quò referre labores omnes fas sit. Hujus sectator qui est magis sedulus majori etiam laude dignus est, & pluribus non minus extollitur præconiis dum bono prodest publico. Sanè multa sunt quæ movent hominum studia, & præsertim in nobilissimâ disciplinâ Jurisprudentiæ animadvertisimus Cupidinem lucri, & honoris, nec non amorem virtutis & salutis publicæ.

DE CUPIDINE LUCRI.

I. Sed siquidem subsidia vitæ aliquis cogitet, dum nobilissimam sectatur disciplinam, non culpæ induit reatum, nisi finem, quem sequitur, ipsum primarium negligat: Sic enim ipse qui altari servit, ab altari etiam sustentari debet, ut in sacris legitimus. Imò quis esuriendo disset justitiam; quis mercando, ut Ferrarius svalit, causis cognoscendis juriq; dicundo intererit? Si quæ alia sunt magna studiorum impedimenta, quæ vel ab initio isthæc remorantur, vel instituta interrumpunt; certè est rei familiaris penuria. Ita quosdam, inquit Richardus de Buri in

Phi-

ad V p. 51.

Philobiblio, rei familiaris oppresit penuria, quod obstante fortuna
contraria, seminata facunda virtutum in inculcio juventutis agro-
roris debiti non rigata favore arescere compelluntur. Sed nec in ipso
etiam medio cursus sine lassitudine procedit, qui præmium po-
test exspectare nullum. Sublatio studiorum præmii ipsa studia per-
ibunt ut minus decora. Et sanè etiamsi honesta mens æmulari
velit optimos, quorum celebrantur nomina inter eruditos; qui
tamen fiet, ut ausint quid tentare, cum destituantur subsidiis?
Domestica enim nisi subleventur curæ, meritave dentur sola-
tia, demum recedit vigor omnis, imò erubescit bona mens in-
ter eos, quibus omnis suppetit parandæ eruditionis copia, surge-
re aut egestate ipsa contemtui esse.

II. Verum quid dicendum tamen est de cupidine lucri?
Hæc studia in tantum impedit, ut juvenes cruda eadem protru-
dant in sublimiores disciplinas; unde non aliis effectus quam
summa barbaries, indeqve legum contorta violentia, mala &
crudelis contra miseros interpretatio, variumq; ex imperitia
venenum in rem publicam redundans. Imò prorsushic nil nisi
compendia præferatis pecunia speculari, plena undiquaq; suspi-
cionum res est. Certe si finibus actiones humana potissimum
distinguuntur, ut ex eorum nobilitate suam metiantur nobili-
tatem (quod quidem fieri oportet:) nobilissimæ omnino no-
stræ Jurisprudentiæ injuriam faciunt qui pro lucro captando
finem explicant. Hic etenim omnino tenendum est quod abs
Calixto in *Orat. de fine & scopo studior. prudentissime dictum est:*
Non video, inquit, qui nihil præter sua compendia spectant, etiamsi
literas & studia tractent, quare præferri debeant illū, qui lucrosa
opificia exerceant, vel militant, vel mercature operantur. Etiam-
si enim arcem nobiliorem tractent, non tractant tamen ob finem no-
biliorem... Imò non video (pergit) eurso ad studia potius quam ad
opificia, militiam vel mercaturam conferant, cum hac quoq; sine
media, per qua non minus fine suo queant potiri, quam studiorum
adminiculo; quin ad istum modum studiis operati non minus fortu-
ne vota sua committant, quam si militia vacarent, vel mercaturam
exercearent: nisi forte orium captant, quod literæ magu quam alia
studia promittere videntur.

III. Evidenter paulò amplius consideraturis tamen ea
mala quæ Jurisprudentiæ ex prælato contra verum ipsius finem
pecu-

pecuniarum & lucri studio obveniunt, primū ad ipsum finem respiciendum est. Hunc nobilissimum esse, in aprico inde est, quia J. C. ad eundem cum legislatore fine tendit, cum sit absurdum (prout loquitur Hahnius) si hic à fine legum conditoris velit divertere. At legislatoris scopus est, cives suos ad *primam iustitiam*, in quantum possit unquam fieri, & æquitatem revocare, publicamq; civium conservare tranquillitatem & salutem. Non certè latere poterit tanta disciplinæ præstantia & tanta in proposito ipsius fine nobilitas, quæ ubiq; se se exserit luculentissime. Qualis igitur non peccati reus censendus erit, qui intentus lucro, ipsa ductus malitia cæcitate, non velut sagittarius scopum præspeculatur sed in vanum telum dirigit? Ambit alioquin hominum cupidio terminos suæ fortis, quibus visis sibi latiores anhelanti querunt impetu: importunè nimis, cum miseria vinctos suis quasi carceribus angustè satis circumderit. Sed cum sine nota superbiæ ex nobilitate disciplinæ eximia possint nobiliores fieri, tantam aliquando famam nobilissimi finis supprimunt. Metuendum igitur sic satis, ne quid monstri alant. Quare videbimus amplius, quid ab his hominibus specrandum bonum sit, qui illo studio tenentur, unde non nisi mala studia sunt.

IV. Quantam in Legislatoribus curam studium lucri eorum hominum produxerit qui divitias congerunt & opibus longè etiam petitis reipubl prospiciunt, in legibus Romanis satis expeditum est. Eheu! quantas hic fraudes, quantos dolos, quantas læsiones experiuntur homines! In his rebus male persuasi mercatores non immerito repelluntur legibus, quibus, si dolus contractui causam dederit aut intervenerit, pro diverso respectu vel *ipso jure* vel per *actionem ex contratu* aut *doli exceptionem* purgatur, vid. Ludwell. disp. 13. tb. 1 lit. a. Nec sine auxilio reliquerunt LLatores, ubi fraus (ut loquitur Arumæus) ex incursione magis quam animo doloso intervenit & laesio fit ultra dimidium; sed 1. 2. C. d. rescind. vendit. subventum est. quod beneficium tam in emtore quam venditore considerandum, ad locacionem & similes contractus cum bona fidei tum stricti juris, ubi cause similes sunt h. e. unus dat & aliis vicissim accipit, rectè producitur, & vix in transactione non idem obtinet. Sic odiosa in iis animadvertuntur vitia, & lucris spes injusta ac aviditas cohibetur

betur, melioraque monentur ipsi, quorum tamen finis in divitiis conquirendis ponitur; quibus minus id imputari debuerat, quam si ad lucri lordes illi devient qui justitiae sanctitatem profitentur & dum profitentur tam fœdè peccant.

V. Verumtamen hoc genushominum, qui inter Jurisperitos locum occupant sed ad ea omnia declinant quæ lucra ministrant, eheu! quam durum genus hominum est! qui profituntur jurisprudentiam venalemq; faciunt castis amplexibus aptam, non ipsam propter ipsam quæ sitantes sed lucra per ipsam, ditariq; malunt quam philosophari. Pecunia (quod dicitur apud Senecam) patres liberosq; committit, venena miscet, gladios tam percussoribus, quam legionibus tradit. Hinc ejus ex amore, ubi semel dominatur, tot & tanta facinora sunt, ubi vix dum perduelliones reprimit gladius, ignis, aut in partes sectio, damnatio memoriae, inq; filios redundans poena. Hinc tot assassinia coemptorum sicariorum flagitia, beneficia, lenocinia, furta, rapina, sacrilegia, criminis peculatus, usurariae pravitates; tot perjuria, tot falsa in monetis adulterandis, testimoniiis & instrumentis scribendis, recitandis, subjiciendis; &c. Hinc Sacerdos fit animicida; & Medicus egenum proximum in viâ praeterit; vir conjugem minus aptam sibi sumit, & vinculum quod sanctissimum esse debuerat mulier per fascinum cumq; suis per metum nectit. vid. Ludw. D. 2. tb. 5 lit. b. tutor infamiam non metuens contra officium, quod naturali juri tam conveniens est, per dolum agit.

VI. Quidigitur Jurisprudentiae ab illis non metuendum hominibus, qui ob solas infelices divitias congregandas hæc studia sectantur? O! verè hic dicendum est quod legimus apud Nasonem lib. 3. Amor. eleg. 10.

Non bene conducti vendunt perjuria testes:

Non bene selecti judicis arca patet.

Turper eos empta miseros defendere lingua:

Quod faciat magnas, turpe, tribunal opes.

Judicium & Jurisconsultorum corruptelas indeq; auctas innocentium miserias, nec non cauſidicorum pravitates, insimulq; poenas & infamiam turpissimorum facinorum dudum exposuit Praeses in Meditatione de Reddita ē celo terris justitia, uberiorisq; aliquando contra Pragmaticorum malas artes differendi materiam.

riam sibi propositurus est. Quapropter cum placuerit has tales
disputationes circulares vix ultra quaternionem extendendas
esse, circa tale periculorum plenum lucri studium nunc subsistimus, & ad alterum properamus dissertationis articulum. Qvantum tñ. ab initio statim pestem hanc maximè fugiendam &
finem probe verum optimumqye perpendicularum esse
maximopere suadeamus. Adeò enim pecuniae studium occæcat
mentes hominum, quos siquidem semel irretiverit, quòdquòd
paululum solutæ fugiant, facile cursus sistitur, si quis mala aurea
objecerit, qvibus Hippomenes olim Atalantæ victor extitit. Quā
in rem egregium non minùsnobis emblema ob oculos poluit
ingeniosissimus Catsius; ô CURVÆ IN TERRAS ANIMÆ!

Dum salit ad numeros erectaq; corpora tollit

Simius, bunc aliquis jām negat esse feram.

Fortè nuces alius medium projectit in agmen:

Vidit, & in pràdam bestia stulta ruit

Nil hominis retinetur. Quibus affuetudine tantum

Futilis in vano perstrepit ore fides

Hic, modici dum spes affulgeat ulla lucelli,

Excudit, heu! fluxæ religionis amor.

Sed quid juvat impias appetivisse opes? Singula crimina, si pro-
bentur, suas habent poenas; Tum verò omnis, dum omnia ve-
nalia habent ipsique nihil nefas avaritiæ, hæc ultima regula est:
Malè partum malè dilabitur. Ut aer, inquit Catsius, qui sum-
mo mane præcociter absorbet nebulam, ferè ingentem pluviā
â prandio solet emittere: ita is qui leví brachio lucrum inju-
stum corrasit,

Nunquam divitias nigrantibus inferet antris,

Nec tenebris damnabit opes.

DE CUPIDINE HONORIS.

I. Sed quamvis sit in lucro spes plerorumq; sita: etiam tamen inter
bonos cedit cupiditati quæ honorem sectatur aut conscientiæ
securitatem. Evidem honos alit artes, & vix supra vulgi saperet
mentem aliquis, nisi honesto caperetur amore gloriæ & hono-
ris. etenim quis ejus non notaverit infortunium, qui sine præ-
miis, absconditur libris aut graves inter labores consenescens
reipubl. laborat in perneciariis, cum in mediocribus negotiis

aliis alii vix digitum moveant & nihilominus ditescant inter calices fœcundos & tripudia? Ast dulce quoddam delinimentum in honore est, quod inter curas, vota applaudentium & honestam spectat existimationem, quo quasi obvolucro tristes operiuntur curæ & laboris tollitur impatientia. Scilicet sœpius in eo tamen errant mortalium animi, ut nesciant veram gloriae rationem; & dum captare student, aliis fiunt ludibrio. Non principiò dicam qvomodo verâ aliquando abutantur gloria homines, dum in superbiam vertunt, & virtutis præmium in vitio sibi capiunt, quorū mores odiosi sunt, & virtutis gratiæ apud bonos omnes pollineturam faciunt. Ad eos primum respicimus, qui vanam captant & inanem gloriae ac honoris speciem, quorumq; arrogantia supra merita propullulat.

II- Rara non sunt in republica hominū exempla, qui dum tyrocinium modò præstant, inclarescere laudariq; sibi videntur ampullæ, de quibus elegans hoc emblema apud Catsum:

Picus ut exiguo vix robora contigit i&tu,

Jam mibi, jam clamat, pervia querens biat;

Rima, diem video, patet, ô patet, inquit, at ebcu!

Vix patet exiguo vulnere prima cutis.

Sed verò sequitur tanta philautiæ prurigo, ut parturiant velut montes, omnesq; præ se alios pro fungis & cucurbitis despiciant, nec absimiles sint illi adolescenti, qui erat cum A. Gellio, Serviliano, aliisq; in villa Cephesia Herodis Attici, Philosophiæ sectator, disciplinæ ut ipse dicebat, Stoicæ, sed loquacior impendio & promptior. Is plerumq; in convivio, sermonibus, qui posse epuleæ baberi solent multa atq; immoda de philosophia doctrinæ in tempestivè atq; insubide differebat, præ se uno ceteros omnes lingua Attica principes gentemq; togatam totumq; nomen latinum, rudes esse & agrestes prædicabat: atq; interea vocabulis haud facile cognitis, syllogismorum captionumq; dialecticarum laqueis strepebat. Εὐγένειας ἡσυχίας καὶ σωρτας, aliasq; id genus gripbos neminem posse dicens nisi se dissolvere: rem verò ethicam, naturamq; humani ingenii, virtutumq; origines, officiaq; earum confinitima aut contraria, morborum visorumq; fraudes, animorumq; labes ac peccati silentias, asseverabat nulli esse magis ea omnia explorata, comperta medicataq; quam sibi. Imò non alii sunt horum mores quam Remmij Palæmonis Vicentini fuerunt, qui Marcum Varronem

Tog-

Togatorum præstantissimum porcum appellabat; secum & uata morituras literas jactabat: nomen suum in Bucolicis non remere possum, sed præsagiente Virgilio fore quandoq; omnium Poëtarum ac Poëmatum Palamonem judicem, gloriabatur etiam latrones quondam sibi propter nominis celebritatem parsiſſe.

III. Sanè multi sunt qui cum Pyrrho Rege Epirotarum sibi videntur Alexandro M. similes, cum tamen coquus ipsis omnibus lineamentis similior quam Principum quisquam videri possit. Putant se Tullios ac Apollines prorsus, cum sint Batti ac Marsyæ, & Cionem, Codulū ac Babyn repræsentent. Sed procedit eō hominū vanitas, cum excipit initia vulgi applausus, quod cœco aliquando affectu nonnunquam rosam cum anemonā, aquilam cum noctuā, cygnū cum epopa, magnaq; cum parvis omnia confert. Hinc sibi statuas singunt inter Reges, suggestū in orchestra, sedem auream in curia & pro tribunalī, thensam & ferculum Circensi pompa. Imò ut nullos non honores ad libidinem capiant, opiparas circumferunt preces, redimuntq; honorantū sufragia. Plutarch. in Cat. Utic. Suet., in Ces. c. 19. ibi q; Comm. ex recens. Schildii. Veruntamen quæ ex tali favore ac honore isthac obrepit arrogantiæ vanitas quid aliud à doctis refert præter odium ac fastidium? ideoq; nihil nisi inanes imaginations homini relinquunt.

IV. Scilicet labores pro suâ magnitudine & præstantia mensuram laudis & honoris habent, quam justa demum lance perpendunt qui norunt. Consueverunt certè veteres sapientes non vulgi postulare vocem aut malè intelligentium applausus; Sed ab ipsis sapientibus reportare laudem, veram esse gloriam arbitrati sunt. Unde perquam bene Agesilaus teste Plutarcho in Apophib. si quando vituperantes vellaudantes audiret, non secus existimabat inspiciendos dicentum, quam eorum, de quibus dicerent, mores. Enimvero quid dicendum, si Thersites ignavus arma contrectet Achillis, & dextrariorum phaleræ electæ pigrantibus asinis substernantur; si aquilarum nidis cœcutiennes noctuæ dominantur, & in accipitris pertica resideat vecors milvus? Immeriti honores non evehunt virum, qui potius in ludibrium vertunt & indignationem optimorum pariunt. Adeò igitur inanis gloria est, quam quis ex vulgi sententia sibi sumit, quamq; nondum promeritā inter optimos spargit. Hinc habe

habere clientelas, stipari magno comitatu, quis dixerit invi-
dendum indignis ornatū, cum nec tantum Herculis ad cothur-
nos respiciendum sit, sed cui adaptentur?

V. Evidem viri etiam optimi immoderatos aspernati sunt
honores, cum invidiae tela experiri è re sua visum non fuerit; ut
taceam, quomodo præviderint, quòd calumnia quædam vel
malignitas, quæ illos incurrit honores, præbeat plenisq; sermo-
nem, sicut adversus Alcibiadē victorem factum est. Quid igi-
tur non expectandum est homini mediocri, qui honorum an-
hela tsummitates? si enim viri optimi invidiam fugiant maligni-
tatemq; lingvarum reformident: certè non potest huic ex tanta
ambitione oriri nisi odium & ex odio contemtus. Rectius sanè
facturi erant istiusmodi homines, si recordarentur, quod Tho-
pompus, cum Pylii majores honores ei scivissent, rescripsit: Mo-
deratos dies alit, immodicos oblitterat. Sic in perniciem Cæsa-
ri novos immodicosque honores decreverant Senatores, in in-
vidiam facile adducturi ac odium, dum promptius eos
acciperet, majoriq; ab iis fastu uteretur.

VI. Certe optimum illud Basiliī dictum est, ex qvo arrogantia
nec malè arguitur: *Arrogantia nihil faciens ad gloriam veram, sed*
frustra cœcos facie, inaniter elevat, effectum quendam inflammationi
similem in animo facit. Non enim sanus neg, utilis est inflammatorum
*corporum tumor, sed morbosus ac nocivus, principium periculi & inter-
ritus occasio. Talis est circa animam superbia. Cogitandum est, qvo-*
modo malis suis haud remedeatur superbia & damnosissima bo-
nis ingenii oīnōe seu præsumtio, quæ velut epidemia quædam
pestis præclaros sœpè fructus in ipsis floribus suffocat & extin-
guit. Quare Socrates illud humanæ sapientiæ quasi qvoddam
terrestre oraculum, qvemadmodum eum vocat Valerius M.
eodem teste, expedita & compendiaria via eos ad gloriam perva-
nire docebat studiosissimè, qvi id ageret, ut quales videri vellent,
tales etiam essent. Adeò corrumpitur hominis ingenium, quod
non ita præparatum, ut potissimum ex causa permovereatur, quæ
optima est. Sed sicut de stultitia & vanitate quæ ex ambitione
est (nisi fallimur) pro temporis ratione hæc sufficiunt; ita plura
dicenda erant de malis, quæ inde in rem publicam redundant.
Interea verò, quia certis terminis continetur Circularis quæq;
talis disputatio, nos primi, pro offici ratione, non excessuri mo-
dū, quicquid adhuc deest in aliud diē differendum esse statuimus.

or (o)



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn746332874/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746332874/phys_0014)


DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn746332874/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746332874/phys_0015)

DFG



Togatorum præstantissimum porcum apperat & morituras litteras jactabat: nomen suum merè possum, sed presagiente Virgilio fore quanrum ac Poëmatum Palamonem judicem gloriabitur quondam sibi propter nominis celebritatem par.

III. Sanè multi sunt qui cum Pyrrho Rege videntur Alexandro M. similes, cum tamen cibus lineamentis similior quam Principum possit. Putant se Tullios ac Apollines prorsus Marsyæ, & Cionem, Codulū ac Babyn repræsentat eò hominū vanitas, cum excipit initia vulnus aliquando affectu nonnunquam rosarii aquilam cum noctuā, cygnū cum epopa, mōnia confert. Hinc sibi statuas fingunt inter in orchestra, sedem auream in curia & pro trā & ferculum Circensi pompa. Imò ut nullos nobis inēm capiant, opiparas circumferunt prehonorantū sufragia. Plutarcb. in Cat. Utic. S. Comm. ex recens. Schildii. Veruntamen quæ ex ore isthoc obrepit arrogantiæ vanitas quid fert præter odium ac fastidium? ideoq; nihil nationes homini reliquit.

IV. Scilicet labores pro suā magnitudine mensuram laudis & honoris habent, quam jū perpendunt qui norunt. Consueverunt certè non vulgi postulare vocem aut malè intelligere. Sed ab ipsis sapientibus reportare laudem, arbitriati sunt. Unde per quam benè Agesilaus Apopb. siquando vituperantes vellaudantes existimabat inspiciendos dicentum, quam edicerent, mores. Enimvero quid dicendum, vus arma contrectet Achillis, & dextrariorum pigrantibus asinis substernantur; si aquilarum tes noctuæ dominantur, & in accipitris pertimilvus? Immeriti honores non evehunt viri ludibriū vertunt & indignationem optimi. Adeò igitur inanis gloria est, quam quis ex vultum, quamq; nondum promeritā inter optimi



E'na
on re-
oëta-
rōnes

sibi
nni-
deri
ti ac
oce-
uod
onā,
arvis
estū
sam
d li-
tque
ibig
ho-
s re-
ragi-

ntia
nce
ntes
sus;
iam
o in
ecus
bus
gna-
ctæ
ien-
tors
s in
int.
sibi
tinc
be